



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 135. Tridentini Patres morem gerere, ac Romam venire tergiversati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæcul. XVI. Richardus Patus Episcopus Vigorinensis Anglus.
A.C. 1549

In hisce literis sic loquebatur Pontifex: *Pro occurrentibus Ecclesiæ necessitatibus Romæ congregationem habere constitui, quam vestra præsentia magis augs-tam reddere, ac vestris consiliis uti exopto, cum mihi satis non sit cum solo Purpuratum Senatu de rebus deliberare. Multorum Antistitum opto sententias, quapropter vos invito, atque obstringo sanctæ obedientiæ præcepto, ut intra quadragesimum diem ad me accedatis; ubi libenter auditurus sum, quidquid ad publicum Ecclesiæ emolumen-tum, atque ad universalem disciplinæ emen-dationem a me intentam suggestere volueritis.* Ad deferendas hasce literas quidam deputabatur Ecclesiasticus, qui epistola-m singulis quatuor hisce Episcopis, cuique suam & quidem primo Tridentini, redux vero Bononiensibus tradivit. Parebant quantocius Bononienses Papæ mandatis, moxque Romam ac-cedebant.

§. CXXXV.

Tridentini Patres morem gerere, ac Romam venire tergiversati.

Pallav. l. c. Ex lit. Farn. ad Bertan. II. Septemb. Verum quatuor Tridentinæ Synodi Pa-tres, cum interea Cæsaris mandata præstolarentur, nonnisi vigesima prima die

die post acceptam Pauli III. epistolam Sæcul. XVI.
 hunc in modum responderunt: *Exce-*
A.C. 1549.
*pimus ea, qua par est, reverentia literas
 suæ Sanctitatis, nec nos aliud flagrantius
 exceptavimus, quam primo temporis momen-
 to illi parere, sed suæ Sanctitati erit com-
 pertum, nos ejus jussu illuc convenisse, ut
 in Synodo ibi coacta universo Ecclesiæ bono
 consulueremus: nos illic expectamus reversio-
 nem Concilii compositis controversiis, tan-
 quam in sedem maxime opportunam, a quo
 incepturn jam Religionis negotium ad exitum
 perduceretur: nec præterea latere potest suam
 Beatitudinem, quo in statu versatur caufsa,
 quæ nos Tridenti detinet, adeoque plura
 de ea loqui nec necessarium. neque opportu-
 num videtur: proinde sanctitatem suam ro-
 gamus, ne gravetur nos excusare, quod
 in hujuscemodi rerum conditionibus nos Ro-
 man non conferamus, ejusque mandato pa-
 rere haud possimus.*

Hoc responsum ipsemet Mendoza
 Romam detulit, ac coram Papa vehe-
 menter questus est, quod ejusmodi li-
 teras inscio Cæsare ad Tridentinos Præ-
 fules dedisset, de qua etiam re ipsus
 Imperator apud Bertanum Fanensem
 Episcopum querebatur: ast mox Men-
 dozæ hæc reposuit Pontifex: *Potius cre-
 didisse, habiturum mihi gratias Cæsarem,
 quod eos Episcopos, & ea forma vocassem.
 Etenim cum multo antea statuisse univer-
 sum*

Sæc. XVI. morum correctionem, adeo ab omnibus na-
A.C. 1549. tionibus, & a Cæsare in primis expetitam,
 Romæ perficere, cumque ab eo multa rur-
 sus nova, & gravissima objecta fuissent,
 tum quæ ad illius futuræ emendationis te-
 norem, tum quæ ad accessum illuc Patrum
 Tridentinorum, jam promissum, spectabant,
 hinc volui conventum Episcoporum Romanum
 convocare, ut de tam arduis, implicitisque
 rebus deliberatio haberetur, quod superio-
 res Pontifices in caussis longe minoribus
 usurparunt. Id autem putaveram meæ de
 Tridentinis Patribus existimationis argu-
 mentum fore, si pari numero, eademque
 Diplomaticis forma hi cum Bononiensibus
 vocarentur: Cuinam ergo rationi Tridentinorum Patrum oppositio innititur, præ-
 sertim Paceci Cardinalis, qui præter pur-
 puram munus peculiaris Consiliarii, ac Se-
 natoris Pontificii obtinet?

Postea Pontifex rursus ad hosce Pa-
 tres alias dedit literas decima octava
 Septembris scriptas, in quibus hæc eis
 significabat: „Equidem vos mandatis
 meis obtemperatueros haud spero, vos
 tamen iterato admoneo, ne, si tace-
 rem, vestram excusationem approbasse
 censem.“

§. CXXXVI.

Pontifex circa Synodi statum incertus.

*Pall. II. c. 4.
n. 4.*

Ceterum Papa potissimum Episcopo-
 rum